

LEGENDARIUM. PASSIONES APOSTOLORUM

Kaisheim, 4. Viertel 12. Jh. Seite 139r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

uoluntati eorum non adquiescebant, Quibus se apostolus demonstrauit dicens, Nolite erare. quia dominus ihesus cito uobis adiumentum dabit. quibus cum diutius non possent resistere mesdeus et charisius dimiserunt eas propriae uoluntati, ie-
bat autem congregatio fratrum in multa exultatione atque leticia. presbiter erat siforus et zuzanes diaconus, Ordinati uero eo tempore ascendit apostolo. quo in montem moriturus ascendit, Potiebantur frequentibus adiumentis domini et fidei incrementa cottidie procedebant, Quibus addidit dominus hanc gratiam ut cum mesdei filius correptus esset a demone. nec quisquam qui eum sanare posset inueniretur succederet huiusmodi mesdeo sententia. ut diceret uado et apio sepulchrum et tollens ossa de apostoli corpore suspendam filio meo et curabitur, Ascendebat igitur secundum cogitaciones mesdeus ad montem et reuelauit ei se thomas dicens, Inuiuentes non credidisti et in mortuos credis. sed ne timeas. miserebitur et tui dominus ihesus. et exibebit tibi uiscera misericordiae suae propter bonitatem suam, Uerum ubi ascendit mesdeus reserato sepulchro ossa inuenire non potuit. quomodo reliquias sancti apostoli quidam de fratribus rapuerunt. et in urbe edissa a nostris sepultus est, Ea autem quaecumque in sepulcro repperit uel humi. uel stercoris supra quae iacuerant reliquiae apostoli auferens et ligans filio suo ait, Credo tibi xpe nunc. quia recessit a me ille qui hominum tenebat affectus. nec ad te uisendum summa properatione contendam. Itaque ubi suspendit illa puero statim sanatus est puer. et factum est gaudium magnum inter fratres,

Incipit de uirtutibus et miraculis sancti Iohannis apostoli et euuangeliste.

IN PORE illo sancti apostoli domini et saluatoris nostri ceterique discipuli ad predicandum uerbum dei per singulas quasque orbis terrae prouincias diriguntur, Iacobus uero et iohannes frater eius. cum in iudea circueuntes predicarent uerbum dei. iacobus ab herode conprehensus capite plexus est. Iohannes